Universitätsbibliothek Paderborn

# Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome Controuersiarum Omnium huius Aeui Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis Quadripertitis digestarum

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

Index Qvaestionvm CCC.LXXXII. Lvthero-Calvinistae Qvadripertiti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

Visual Library

# INDEX QVÆSTIONVM CCC. LXXXII.

# LVTHERO-CALVINISTÆ QVADRIPERTITI.

Nota Literarum ſignificationem. L. Lutheranos ſolos ita ſentire. C. Caluiniſtas ſolos. L. C. Vtroſq; variare. Vbi neutra, Conſentire. Vbi nulla eſt annexa, Conſenſus indicatur Luthero-caluiniſtarum. Z. Zvvinglianos: A. Anabaptiſtas ſignificat.

## PARS I.

# THEOMACHIA

## CONTRA VERBVM DEI, CHRISTVM, ET SANCTOS.

### I. DE VERBO DEI SCRIPTO ET ET TRADITO

Præfatio, ſeu Nominis Ratio LVTHERO-CALVINISTÆ.

I. *QVi ſint Canonici S. Scripturæ libri, quæque Vulgatio proba?* Variant.
II. *Controuerſiarum quis Iudex?* Aiunt Biblia.
III. *S. Scripturam interpretari num ſit cuiusuis?* Aiunt ferè.
IV. *S. Biblia Legere an cuiuis ſit licitum?* Aiunt.
V. *Quatenus Verbo Tradito ſtandum, aut abſtinendum?* Hoc aiunt.

### II. DE CHRISTI DIVINITATE.

VI. *Qualis Luthero caluiniſtica Antitrinitariorum ſit conclamatio aduerſum SS. Trinitatem?* Blaſphema.
VII. *Ecquid iſtud Luthero-caluiniſtis:* Tres Perſonæ in Vnitate Naturæ? Monſtrum.
VIII. *Miniſtri Tranſyluani & Hungarici de Deo & Chriſto quæ doceant?* Blaſphema.
IX. *Luthero-caluiniani an ſint Seruetiani, & Valentiniani?* Sunt.
X. *An per Luthero-caluiſtas Nomina veri Dei ſint etiam* CHRISTI? Negant.
XI. *An Luthero-caluiniſtæ ſint Tritheitæ?* Negant: at ſunt.
XII. *An circa Perſonarum in Diuinis AEqualitatem Gentilizet Caluinus?* Ita.
XIII. *Qualis ſit facta Chriſto Attributorum Communicatio?* Variant.
XIV. *An* DEVS *ſit, Omnipotens?* Negant quidam.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XV. *An* DEVS *ſit Iuſtus?* Negant.
XVI. DEVS, *&* CHRISTVS *an ſint impaſſibiles ac immortales?* Negant.
XVII. *Deuſne Bonus ſit, an peccator?* Peccatorem aiunt.
XVIII. *An Luthero-caluiniſtæ ſint Theomaſtyges Myſotheitæ?* Sunt.
XIX. *An de Diuinis ſint tolerabiles vocum Termini?* Negant.
XX. *Qualem in Diuinis Diſtinctionem agnoſcant Luthero-caluiniſtæ?* Inæqualem.
XXI. *An Caluiniani ſint Authotheani?* Sunt, C.

## III. DE CHRISTI HVMANITATE.

*XXII. An in Chriſto ſint Perſonæ duæ; iuxta Neſtorianos Luthero-caluiniſtas?* Aiunt.
*XXIII. An ſit in Chriſto Natura Vna; Iuxta Eutychiano-Lutheranos?* Aiunt L.
*XXIV. Vnio Hypoſtatica conſiſtatne in communicatione Hypoſtaſios; an Attributorum Dei?* In hac aiunt.
*XXV. An ex Vnione Hypoſtatica ſequatur Communicatio Attributorum?* Aiunt.
*XXVI. Vbiquitas Lutherana ſitne Biblica, aut Eccleſiaſtica?* Neutra L.
*XXVII. An Chriſti Caro, ſeu, Humanitas ſit Deificata?* Aiunt L.
*XXVIII. An quâ Humanâ Chriſtus laborarit ignorantiâ?* Aiunt.
*XXIX. Num Anima Chriſti Fide prædita fuerit infuſâ?* Aiunt.
*XXX. Num quæ Animæ Chriſti inerat indolis virtutiſque imperfectio?* Aiunt.
*XXXI. An Chriſtus verè Deus fuerit, adeo ab Anima carneque imperfectus?* Aiunt.
*XXXII. Num in quibusdam Chriſtus culpabiliter defecerit?* Aiunt.
*XXXIII. Qui decores, quique indecores Chriſto defectus humani Catholicè?*
*XXXIV. An Perſona Chriſti ſit inuocanda & adoranda?* Negant.
*XXXV. An Chriſtus ſit verè, ac ſolus incarnatus?* Dubitant.
*XXXVI. Cur, quomodo, quando Chriſtus videtur incarnatus?* Variant.
*XXXVII. An* MARIA *verè Mater Chriſti extiterit?* Variant.
*XXXVIII. Quam Veneranda Luthero-caluiniſtis Deipara viſa?* Impiè.
*XXXIX. Quam infidelibus Turcis ac Ethnicis ſit venerabilis Deipara?* Piè.

## IV. DE CHRISTO PASSO.

*XL. Quam honori ſit Luthero-Caluiniſtis Chriſtus Paſſus & Crucifixus?* Blaſphemè.
*XLI. An Chriſtus verè ſit in Corpore paſſus: & Verane ſit hiſtoria Paſſionis?* Dubitant.
*XLII. An Chriſtus in Anima etiam tota ſit paſſus?* Aiunt.
*XLIII. An Chriſti quoque Diuinitas paſſa fuerit?* Aiunt.
*XLIV. Num qui defectus Animæ Dominicæ in Paſſione Chriſti interuenerint?* Aiunt.
*XLV. An Chriſtus Patiens de ſalute ſua dubitarit, aut ſibi timuerit deſperabundus?* Aiunt.
*XLVI. An de ſalute ſua funditus* DESPERARIT *Ieſus?* Aiunt.
*XLVII. An, qui ſalutem amiſerat, Fidem quoque perdiderit Ieſus?* Aiunt C.
*XLVIII. An deſperando ſalutem Peccarit Ieſus?* Aiunt C.
*XLIX. An ſuam Caluiniſtæ blaſphemiam propugnare nitantur?* Pertinaciter.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

L. An, & Quid ſit DESCENSVS Christi ad inferos? Variant C.
LI. An Chriſti ad inferos deſcendentis anima fuerit extincta, aut extinguibilis? Aiunt.
LII. An Christum Deſcendiſſe ad inferos, ſit gehennam pertuliſſe; ſicque nos redemiſſe? Aiũt.
LIII. An Chriſti deſcenſus Auerni ſit antrum ſepulcri? Aiunt.
LIV. An Chriſtus ſola vi & effectu deſcenderit ad inferos? Aiunt C.
LV. An deſcendiſſe ad inferos, ſit ſpiritu receſſiſſe in paradyſum? Aiunt C.
LVI. Num in quem Patrum Limbum deſcenderit Chriſtus? Negant C.
LVII. Num quis ſit damnatorum infernus Luthero-caluiniſtis? Dubitant.

## V. DE PASSI MERITO.

LVIII. An Christus natus ac paſſus ſibi quid Meruerit iſtis inferni cruciatibus? Negant.
LIX. An Chriſtus paſſus ſatisfecerit pro Culpis humanis? Variant.
LX. An Paſſio Chriſti perſoluerit Pœnas pro culpis noſtris debitas? Negant C.
LXI. Ecquid ergò confert Chriſtus ad hominum iuſtificationem? Variant C.
LXII. Quibus ſpeciatim prodeſt ea Chriſti Paſſi Redemtio? Prædeſtinatis C.
LXIII. An Christi ad inferos damnatio ſit noſtra ab inferis Redemtio? Aiunt C.
LXIV. An Chriſtus ſecundum ſolam Humanam naturam Mediatoris obeat Officia? Ait (Stancarus.
LXV. An Mediator ſit IESVS ſecundum vtramq; Naturam? Variant.
LXVI. Quomodo reſurrexit IESVS? Variant.
LXVII. An Chriſtus primus ad cœlos aſcendit? Variant.
LXVIII. Quouſque cœlorum aſcendit Chriſtus? Variant.
LXIX. Qualis ſit Chriſti Seſſio ad dexteram Dei? Somniant.
LXX. An Chriſtus meruerit eſſe Caput Eccleſiæ, & Iudex vniuerſorum? Negant C.
LXXI. Quale Iudicium extremum exercebit Chriſtus? Fingunt.

## VI. DE SANCTORVM, SACRORVMQVE CVLTV.

LXXII. Qualia Luthero-caluiniſtarum ſint in Sanctos Conuitia & Calumniæ? Digna (ipſis.
LXXIII. An Sancti, corpori exſoluti degant in cælis beati? Negant.
LXXIV. Num certus ſit Canoniſmus ad cognoſcendos, colendosque Sanctos? Negant.
LXXV. Quis, qualisque Cultus religionis debetur Sanctis? Nullus aiunt.
LXXVI. Inuocatio Sanctorum quatenus illicita, licitaque ſit? Licitam negant.
LXXVII. Num quæ alia Nouatores carpant in Sanctorum Inuocatione? Plura.
LXXVIII. An Sacris RELIQVIIS Veneratio religioſa debeatur? Negant.
LXXIX. Sitne licitus IMAGINVM Sacrarum vſus? Negant C.
LXXX. An Chriſti & Sanctorum imagines rectè colantur? Negant.
LXXXI. Quatenus Chriſti & Sanctorum imagines ſint colendæ? Nullatenus aiunt.
LXXXII. An CRVX Chriſti ſit veneranda, & quatenus? Negant.
LXXXIII. An, & quo fine ſint extruenda TEMPLA? Variant.
LXXXIV. An Eccleſiarum Conſecratio iuſta ſit ac Sancta? Negant.

*LXXXV. Templorum* ORNATVS *an ſit tolerabilis?* Negant.
*LXXXVI. An* Benedictarum vſus *rerum in Dei cultu ſit Sanctus?* Negant.
*LXXXVII. An* Peregrinationes *&* Vota *licitè fiant Sanctis?* Negant.
*LXXXVIII. An Chriſto* Feſti dies *ſint celebrandi?* Scrupulizant.
*LXXXIX. An Sanctis licitè feſta fiant?* Negant.

## VII. DE PVRGATORIO.

*XC. Num ſit Purgatorium?* Negant.
*XCI. An ſit de Fidei neceſſitate, Confiteri eſſe Purgatorium?* Negant.
*XCII. An, & quatenus ſuffragia, Iuſtaque funebria proſint Purgatoriis?* Negant.

## PARS II.
## ECCLESIOMACHIA LVTHERO-CALVINISMI CONTRA MILITANTEM ECCLESIAM.

## I. DE REGIMINE ECCLESIÆ.

*I. QVorum, & qualis ſæuiit hoſtilitas in Eccleſiam?* Inimicorum crucis.
*II. Ecquod ſit optimum Regimen?* Variant. C.
*III. Regimen Eccleſiaſticum an eſſe debeat Monarchicum?* Negant.
*IV. An Petrus ſit Petra, ſupra quam ædificatur Eccleſia?* Variant. L C.
*V. An Petro ſoli ſint promiſſæ Claues; & hæ quid ſignificent?* Negant illud.
*VI. An ſoli Petro ſit Promiſſi Exhibitio facta; dataque Summa poteſtas?* Negant.
*VII. Quæ recenſeantur Derogatiuæ; quæ Prærogatiuæ Petri?* Plures.

## II. DE SVMMO PONTIFICE.

*VIII. An S. Petrus Romæ vixerit vſque ad mortem Epiſcopus?* Negant.
*IX. An Petrus Iure Diuino habere perpetuùm Succeſſores debuit?* Negant.
*X. An Petro ſuccedere Romanum Epiſcopum ſit de Fide?* Negant.
*XI. An Pontificatus aliunde; quam à ſolo Chriſto, inceperit?* Aiunt.
*XII. An Papa humano iudicio ſubiaceat?* Aiunt.
*XIII. An Papa rectè Vniuerſalis, aliiſque Nominibus appelletur?* Negant.

## III. DE PAPÆ POTESTATE SPIRITALI, ET TEMPORALI.

*XIV. An Papa quæſtiones Fidei ac Morum infallibili iudicio definiat?* Negant.
*XV. Quæ obiiciuntur contra infallibilem firmitatem Papalem?* Vana.
*XVI. Quis ſummus & vltimus Omnium eſt in Eccleſia quæſtionum Iudex? An S. Scriptura?* Aiunt.

*XVII. An Papa ſit ille Iudex?* Negant.
*XVIII. An Iudex ille abſolutus ſit Eccleſia?* Negant.
*XIX. Sitne Papæ Iuriſdictio ſpiritalis coërcitiua, vt etiam conſcientias legibus obliget?* Negant.
*XX. Eccunde ſua Apoſtolis, Papæ, & Epiſcopis deſcendit Iuriſdictio Spiritalis?* A Deo.
*XXI. An Papa habeat aliquam Iuriſdictionem Temporalem?* Negant.

## IV. DE ANTICHRISTO.

*XXII. Antichriſtus qualis erit Homo verus?* Variant.
*XXIII. Eritne Homo vnus, certus, ac ſingularis?* Negant.
*XXIV. An iam nunc aduenerit?* Aiunt.
*XXV. Quæ, qualia erunt Antichriſti Nomen, Character, Generatio, Sedes, Doctrina. &c?* (Fingunt.

## V. DE CONCILIIS.

*XXVI. Cuius ſit indicere Concilia, & Cur: Papæ, an Imperatoris?* Huius aiunt.
*XXVII. Qui ad Concilium ſint conuocandi?* Omnes aiunt.
*XXVIII. Concilia an habeant formam Iudicii, an Inquiſitionis?* Huius aiunt.
*XXIX. Præſidere Concilio cuius eſt proprium: & quibus conditionibus?* Imperatoris aiunt.
*XXX. An Conciliis legitimis, & adprobatis ſit infallibilis Autoritas, vt errare non poſſint?* Negant.
*XXXI. Maiorne ſit Autoritas Concilii, quam Scripturæ?* Huius aiunt.
*XXXII. Papæ, an Concilii ſit potior Autoritas?* Huius aiunt.

## VI. DE ECCLESIA.

*XXXIII. An ſoli Perfecti ſint in Eccleſia?* Aiunt. A. C.
*XXXIV. An peccatores grandes & manifeſti ſint in Eccleſia?* Variant.
*XXXV. An ex ſolis Prædeſtinatis conſtet Eccleſia; an etiam ex reprobis?* Iſtud aiunt. C.
*XXXVI. An Eccleſia ſit viſibilis?* Negant.
*XXXVII. An vera & viſibilis Eccleſia poſſit deficere?* Aiunt.
*XXXVIII. An Eccleſia viſibilis poſſit errare?* Aiunt.
*XXXIX. Eccleſiæ Luthero-caluiniſticæ* NOTIS *quid inſit Veri?* Nihil.
*XL. Eccleſiæ Romano-catholicæ Notis quid veri ſubeſt?* Omne.

## VII. DE CLERICIS.

*XLI. Rectene hi Clerici, iſti Laici appellentur?* Aliquid aiunt.
*XLII. Ius Eligendi Ordinandique Paſtores, ſeu Miniſtros, eſtne Populi, an Epiſcoporum?* Horum negant.
*XLIII. Sitne Electio Paſtorum immediatè à Deo ſolo, aut ex carnali propagine?* Silent.
*XLIV. Ius eligendi Papam & Epiſcopos, an ſit Populi, de Iure diuino?* Aiunt.
*XLV. An ſint Ordines Sacri ſepteni, & quæ officia ſingulorum?* Negant.

47. Sitne

XLVI. *Sitne Epiſcopus maior, an par Presbytero?* Æquant.
XLVII. *De Cardinalitatu quid ſentiendum?* Fallitur Calu.
XLVIII. *Cœlibatus quo Iure ſit Ordinibus ſacris annexus?* Negant vllo.
XLIX. *Quæ Sectariorum ſunt documenta?* Inania.
L. *An Clerici iure poßideant Decimas, poßeſsiones, & temporalia?* Negant L.
LI. *Quo iure ſint à poteſtate ſæculari Exemti Clerici, Res, Cauſæque Eccleſiaſticæ?* Negant vllo.

## VIII. DE MONACHIS.

LII. *Quam dirum Luthero-caluiniſtarum ſit odium in Monachos?* Mirum.
LIII. *Qualis origo fuerit religionum?* Variant, Finguntque.
LIV. *An ſint Conſilia Euangelica, differantque à Præceptis vt Vtilia?* Negant.
LV. *Sitne poßibile quid vltra præcepta ſeruare?* Negant.
LVI. *An* VOTVM *ſit cultus Dei?* Negant.
LVII. *An vota, ſublato Vetere Teſtamento, ſint in Nouo item ſublata?* Aiunt.
LVIII. *An promiſsio baptiſmatis ſit votum?* Negant.
LIX. *An Paupertas voluntaria & obedientia rectè voueantur Deo?* Negant.
LX. *Votum Continentiæ num rectè ſiat, ac teneat?* Negant.
LXI. *Qualia ſunt Luthero caluiniſtica Documenta contra Continentiæ Votum?* Futilia.
LXII. *An ideò votum Caſtitatis ſit ingratum Deo, quia affirmatur obſeruatu neceſſarium?* Aiunt.
LXIII. *An patientibus carnis ſtimulum ſit præceptum Matrimonium?* Aiunt.
LXIV. *An ob rarum Continentiæ Donum ſit licitum Caſtitatis votum?* Negant.
LXV. *Num quæ incommoda naſcantur ex Cœlibatu, vt ſit ideo fugiendus?* Aiunt.
LXVI. *Ecquibus Vouere caſtitatem fas, nefasue?* Decrepetis aiunt.
LXVII. *An vita Eremitica ſit probanda?* Negant.
LXVIII. *An habitui Monaſtico, & Tonſuræ ſua ſit Antiquitas & Ratio?* Negant.
LXIX. *An Monachis ſit Laborare neceſſe?* Aiunt.

## IX. DE LAICIS.

LXX. *An politica poteſtas ſit bona, & licita Chriſtianis?* Negant Anab.
LXXI. *An Leges Ciuiles poßint in conſcientia obligare?* Negant.
LXXII. *An Chriſtianis fas belligerare contra Turcas?* Negant Luth.
LXXIII. *An Principis ſit, dare libertatem Religionis, ſpecie Conciliationis?* Aiunt quidam.
LXXIV. *An hæretici damnati poßint tradi gladio ſæculari?* Negant Luth.

PARS

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PARS TERTIA.

# MYSTERIOMACHIA LVTHERO-CALVINISMI.

## CONTRA SACRAMENTA.

## I. DE CAVSIS SACRAMENTORVM.

I. *Sitne vtendum nomine Sacramenti?* Negant.
II. *An Lutherana Sacramenti definitio ſubſiſtat?* Aiunt L.
III. *An Sacramentum obſignet vt ſigillum, & confirmet vt miraculum?* Aiunt;
IV. *Quæ aliæ potiores Sectariorum ſunt definitiones Sacramenti?* Variant.
V. *An Forma, ſeu Verbum Sacramenti ſit Prædicatorium, an Conſecratorium?* Illud aiũt.
VI. *An Res & Verba Sacramentorum ſint immutabiliter determinata?* Negant L.
VII. *Qualis Sacramentorum ſit Neceſſitas?* Aliquam aiunt.
VIII. *Autor Sacramentorum an ſolus ſit Chriſtus?* Duorum aiunt.
IX. *Miniſter Sacramentorum an ſit quilibet baptizatus?* Pugnant.
X. *An Miniſtri probitas ſeu Fides ad Sacramentorum Efficaciam requiratur?* Negant.
XI. *An in Sacramentorum Miniſtro requiratur intentio faciendi, quod facit Eccleſia?* Negant.

## II. DE EFFECTV SACRAMENTORVM.

XII. *Quid ſit, conferre gratiam ex Opere operato?* Totum negant.
XIII. *An Sacramenta conferant gratiam ex opere operato?* Negant.
XIV. *An Sacramenta Veteris & Nouæ Legis differant in Effectu iuſtificationis?* Negant.
XV. *Ecceunde quædam Sacramenta iterari non debeant?* Negant ea eſſe Sacramenta.
XVI. *An, & quale quid ſit Character?* Abnegant.
XVII. *Quot ſint Sacramenta?* Variant.
XVIII. *An Sacramentorum aliud ſit alio præſtantius?* Negant.
XIX. *Eccuius ſit inſtituere Ceremonias?* Variant.

## III. DE BAPTISMO.

XX. *Baptiſmi quæ definitio, materia, & forma?* Variant.
XXI. *An, & quatenus ad Salutem eſt neceſſarius Baptiſmus?* Negant C.

*XXII. Baptiſmi miniſter quis eſſe poſſit, ac debeat?* Pugnant C.
*XXIII. An Baptizandi ſint infantes?* Pugnant Anab.
*XXIV. An, & qualis in Pœdobaptiſmo requiritur Fides?* Variant.

## IV. DE EFFECTIBVS BAPTISMI.

*XXV. An Baptiſmus peccata remittat Tegendo, an Tollendo?* Tegendo aiunt.
*XXVI. An baptiſmus reddat homines impeccabiles?* Aiunt.
*XXVII. An per Baptiſmum liberentur homines à ſeruanda Lege?* Aiunt.
*XXVIII. An Baptiſmus liberet à Lege Eccleſiaſtica?* Aiunt.
*XXIX. An Baptiſmus liberet à Votis?* Aiunt.
*XXX An memoria Baptiſmi accepti dimittat peccata poſt eum patrata?* Aiunt L.
*XXXI. An Baptiſma Ioannis ſit idem, quod Chriſti Sacramentum?* Aiunt.
*XXXII. An Baptiſma Ioannis & Chriſti fuerint eiusdem efficaciæ Sacramentalis?* Aiunt.
*XXXIII. An poſt Baptiſma Ioannis debuerit percipi Baptiſmus Chriſti?* Negant.
*XXXIV. Ecquæ in his obiectionum Luthero-caluiniſticarum conſtat ſolutio?* Certa.
*XXXV. An Suetæ baptiſmales ceremoniæ ſint tolerandæ?* Negant.

## V. DE CONFIRMATIONE.

XXXVI. *An ſit aliquod Sacramentum Confirmationis?* Negant.
XXXVII *An S. Patres docuerint eſſe Sacramentum Confirmationis?* Negant L.
XXXVIII. *Quæ ſit Materia Sacramenti Confirmationis?* Deſpuunt.
XXXIX. *Quæ ſit Forma Confirmationis?* Rident.
XL. *Quis Confirmationis ſit Miniſter?* Subſannant.
XLI. *Ceremoniæ Confirmationis quæ, quatenus ſint probæ?* Eiurant.

## VI. DE EVCHARISTIA.

XLII. *Verane ſit Præſentia Chriſti in Euchariſtia?* Variant C.
XLIII. *An, & Ecquî doceatur Præſentia Realis* ex Figuris? Blaſphemant.
XLIV. *An eadem probetur ex* Promiſſione *Ioannis 6. facta?* Negant.
XLV. *An eadem doceatur ex* Inſtitutione *ſic, vt Figuratæ expoſitiones Sacramentariorum eſſe improbæ conuincantur?* Negant.
XLVI. *Verba,* Hoc eſt Corpus meum; *propriè, an figuratè ſint exponenda?* Variant C.
XLVII. *An Realis* Præſentia *Chriſti in Sacramento doceatur ex* Vsv *in S. Scriptura contento?* Negant F. C.
XLVIII. *An Veritas Chriſti in Euchariſtia doceatur ex* Conſenſu *omnium AEtatum?* Negant C.
XLIX. *An eadem poßibilis eſſe Deo doceatur ex* Ratione *ſic, vt corpus poſſit ſimul eſſe in diuerſis locis?* Negant C.
L. *An Deus voluit, Fecitque, vt Corpus Chriſti præſens in Euchariſtia adeſſet?* Negant C.
LI. *Quis eſt Corporis Chriſti* Modus *exiſtendi in Euchariſtia?* Variant.

52. *An*

LII. *An ſiat, ſitque Tranſubſtantiatio?* Negant.
LIII. *An Tranſubſtantiatio ſit commentum nouum?* Aiunt L.
LIV. *Vbiquitas ſtabiliat, an euertat Sacramentum Euchariſtiæ?* Euertit C.

## VII. DE COMMVNIONE EVCHARISTICA.

LV. *Euchariſtia an ſit Res permanens, an Actio tranſiens?* Hoc aiunt.
LVI. *Ecquæ debita ſit Euchariſtiæ Materia?* Azymus: aut fermentatum. C.
LVII. *An Vinum Calicis ſit miſcendum aquâ?* Negant.
LVIII. *Qua Forma conficitur Euchariſtia?* Concionatoriâ aiunt.
LIX. *Miniſter Euchariſtiæ quis?* Chriſtianus aiunt C.
LX. *Qualis Euchariſtiæ ſumtæ ſit effectus, & Sumendæ Præparatio neceſſaria?* Variant.
LXI. *An in vtralibet ſpecie Chriſtus inſit Totus?* Negant L.
LXII. *An tota Ratio Sacramenti ſit in Vna ſpecie?* Negant L.
LXIII. *Par, an maior Vtilitas ex Vna, vel Vtraque ſumta ſpecie capiatur?* Ex vtraque aiunt L.
LXIV. *An Communio ſub Vtraque ſit præcepta à Chriſto?* Aiunt L.
LXV. *Quæ argumenta ſunt vrgentium Vtramque?* Vana L.
LXVI. *Ecqua ſumma breuis omnium dictorum de Vna ſpecie?* Inuicta.
LXVII. *Euchariſtia ſitne adoranda ac veneranda?* Negant.

## VIII. DE MISSA.

LXVIII. *Miſſæ Sacrificium vnde, Quid, Quotuplex dicitur?* Variant.
LXIX. *An verum & propriè dictum Sacrificium offeratur in Miſſa?* Negant.
LXX. *An Oblatio Melchiſedech fuerit Sacrificium, Typusq; Sacrificij Chriſti?* Negant.
LXXI. *An Miſſæ Sacrificium propriè dictum doceatur ex* FIGVRIS? Negant L.
LXXII. *An idem doceatur ex Propheticis?* Negant L.
LXXIII. *An doceatur idem ex Antiquitatibus Eccleſiaſticis?* Negant.
LXXIV. *An in aliqua parte Miſſæ conſiſtat Eſſentia Sacrificij?* Negant.
LXXV. *An Miſſa ſit Propitiatorium & Impetratorium Sacrificium?* Negant.
LXXVI. *An rectè pro Purgatoriis Sacrificetur?* Negant.
LXXVII. *An repugnet Institutioni Cœnæ, ſeu Miſſæ, vt in ea fiant Sanctorum memoriæ?* Aiunt.
LXXVIII. *An Priuatæ Miſſæ ſint à Deo permiſſæ?* Negant.
LXXIX. *Num Circumſtantiæ Sacrificij tolerabiles ſint?* Negant.

## IX. DE POENITENTIA.

LXXX. *An Pœnitentia Sacramentum ſit propriè dictum?* Variant C.
LXXXI. *An Pœnitentia & Baptiſmi Sacramentum ſit idem?* Aiunt.

LXXXII. *Quæ ſint pœnitentiæ partes Eſſentiales?* Variant L.
LXXXIII. *Quæ ſint partes eiusdem Materiales?* Variant.
LXXXIV *Num quæ ſint pœnitentiæ partes Rituales?* Non negant.
LXXXV. CONTRITIO *an ſit Actio bona, libera, & Euangelica?* Variant L.
LXXXVI. *An includatur in Contritione odium peccati præteriti?* Aiunt bene.
LXXXVII. *An includatur in ea Propoſitum rectè viuendi?* Variant.
LXXXVIII. *An Contritio ſit neceſſaria ad remiſſionem?* Variant L.
LXXXIX. *Quanta opus contritione ad remiſſionem?* Impoſſibili aiunt.
XC. *Contritio an ſit cauſa remiſſionis; idque etiam ſolum cum Voto Sacramenti?* Negant.
XCI. *An vllum peccatum nullâ pœnitentiâ deleatur?* Subdubitant C.
XCII. *Contritio ex timore pœnæ orta num ſit bona?* Variant.
XCIII. Confeſſio *an ſit neceſſaria iure diuino?* Negant.
XCIV. *An Iure diuino eſſe Iudicem Confitentium Sacerdotē doceat Euangelium?* Negant.
XCV. *An, & quatenus idem doceant Figuræ?* Negant.
XCVI. *An idem probetur ex Promiſſione Chriſti, & Vſu Apoſtolorum?* Negant.
XCVII. *Ecquæ ſint argumenta negantium Ius Confeſſionis diuinum?* Vana.
XCVIII. *An remiſſa culpa maneat ſubinde pœnæ luendæ debitum?* Variant.
XCIX. *An bonis operibus redimi poſſit remanens pœna temporalis?* Variant.
C. *An opera laborioſa ad expiationem pœnæ temporalis rectè vel ſuſcipiantur, vel iniungantur?* Negant L.
CI. *An oratio, ieiunium & eleem. ſint opera ſatisfactoria?* Negant L.
CII. *An iuſtificatus poſſit verè Deo ſatisfacere pro reatu pœnæ temporalis?* Negant.

## X. DE EXTREMA VNCTIONE, ET ORDINE.

CIII. *Vnctio infirmorum an ſit propriè dictum Sacramentum?* Negant.
CIV. *An Sacramentum Vnctionis etiam aliunde doceatur?* Negant.
CV. *An Ordinatio ſit verè & propriè Sacramentum?* Dubitant.
CVI. *Ecqualis Materia, Forma, Effectus, Miniſter, & ceremoniæ Ordinationis?* Rident.

## XI. DE MATRIMONIO.

CVII. *An Matrimon. ſit verè Sacramentum teſte S. Scriptura?* Negant.
CVIII. *Quibus porro probetur, & oppugnetur Matrimonium eſſe Sacramentum?* Variis.
CIX. *An Matrimonium ſit Vniuocè Sacramentum?* Negant L.
CX. *Quæ ſit Materia, & Forma Sacramenti?* Variant L.
CXI. *An Polygamia ſit licita Chriſtianis?* Aiunt L.
CXII. *An Matrimonium Conſummatum ſit ſolubile quoad Thorum ſolum, permanente Vinculo?* Negant.
CXIII. *An Fidelium Matrimonium Conſummatum ſit ſolubile quoad Vinculum?* Aiũt.
CXIV. *An, & Quæ ſint Impedimenta Matrimonij?* Variant.

115. *An*

CXV. *An Conſenſus parentum neceſſariò requiratur ad Matrimonium Ratum?* Aiunt.
CXVI. *An Votum, & Ligamen inhabilitent ad contrahendum?* Negant L.
CXVII. *Impedianturne, an Dirimantur Matrimonia per Crimen & Diſparitatem Cultus?* Negant L.
CXVIII. *Quota Cognitio Impediat, Dirimatue Matrimonium: & quo Iure?* Variant C.
CXIX. *An omnia praecepta Leuitici de gradibus Cognationis, ſint de Iure Naturae?* Aiunt.
CXX. *An rectè prohibeantur coniugio, olim ad ſeptimum, nunc ad quartum vſque gradum?* Negant.
CXXI. *Num quae alia ſint impedimenta?* Negant.

## PARS QVARTA.

# CHARITOMACHIA LVTHERO-CALVINISTICA.

### *CONTRA GRATIAM.*

## I. DE DIFFERENTIA, CAVSAQVE PECCATI.

I. F*Verintne protoplaſtae conditi cum Dono Supernaturali?* Negant.
II. *An Iuſtorum peccata ſint tantum Venialia?* Aiunt.
III. *Numquid Lutherani diſtinguant inter peccata?* Nihil L.
IV. *An ex natura ſua diſtinguantur Mortalia, & Venialia?* Negant L.
V. *An Deus ab aeterno praedeſtinarit peccatum Adae?* Aiunt C.
VI. *An Deus praedeſtinarit omnia hominum peccata?* Aiunt C.
VII. *An impellat diabolum Deus, vt homines ad peccandum inducat?* Aiunt C.
VIII. *An Deus occulta vi moueat, ac neceſſitet nos ad peccandum?* Aiunt C.
IX. *An Deus operetur nobiſcum peccata noſtra?* Negant C.
X. *An Deus ſimpliciter ſit dicendus Autor peccati?* Aiunt, aiuntque C.
XI. *An Deus, & An Solus ſit autor omnis peccati propriè dicti?* Aiunt negando C.

## II. DE PECCATO ORIGINANTE.

XII. *An, & Cur permiſſi protoplaſtae tentari?* Negant L.
XIII. *Fuitne Superbia, an Infidelitas, primum protoplaſtarum peccatum?* Hanc aiunt.

## III. DE PECCATO ORIGINATO SEV TRADVCE.

XIV. *An ſit peccatum aliquod Originale?* Negant Z.

XV. *Qualis Origo ſit Anima humana?* Infuſio.
XVI. *Quomodo deriuatur ad nos peccatum originale?*
XVII. *An omnes homines concipiantur in peccato originali?* Variant.
XVIII. *An Conceptio B. V. Mariæ fuerit affecta originali peccato?* Affingunt L.
XIX. *An B. V. Mariæ Animatio fuerit Immaculata, an Sanctificata?* Affingunt L.

## IV. DE NATVRA ET POENA PECCATI ORIGINALIS.

XX. *Peccatum originale an ſit ſubſtantia?* Aiunt Flacciani.
XXI. *An peccatum originale ſit Actuale?* Aiunt L.
XXII. *An relicta ex peccato originali Vulnera ſint ipſum originale peccatum ac damnent, niſi Deus ea Non Imputet?* Aiunt.
XXIII. *Quid, & quale ſit peccatum originale?* Aiunt Concupiſcentiam.
XXIV. *An* Pœna *peccati originalis decedentium abſque Baptiſmo ſit damnatio?* Negant Z. C.
XXV. *An ſine Baptiſmo decedentium pœna ſit ignis ſenſibilis?* Variant.
XXVI. *An eorundem pœna ſit Dolor interior mentis?* Videtur.
XXVII. *Qui effectus, vel pœnæ contrahuntur ex peccato originali in hac vita?* Varia.

## V. DE GRATIA REPARATA ET SVFFICIENTE.

*XXVIII. An gratia Gratum faciens ſit qualitas, per modum Habitus in homine permanens?* Negant.
*XXIX. Sitne gratia ſufficiens, quæ tamen non ſit Efficax?* Negant.
*XXX. Qua in re ſita ſit gratia Efficacia?* Aiunt in Deo neceſſitante.
*XXXI. An ſufficiens auxilium detur omnibus ad ſalutem?* Negant.
*XXXII. An prædeſtinarit aliquos Deus ſine Merita ad vitam æternam?* Paucos aiunt C.
*XXXIII. An detur cauſa Reprobationis ex parte reproborum?* Negant C.
*XXXIV. Cur; cùm eo fine creati ſimus, vt ſaluaremur omnes; aliqui ab hoc fine excidant?* Cauſam aiunt Deum C.
*XXXV. An Decretum Dei tollat arbitrij libertatem, vt ineuitabili neceſſitate hi ſaluentur, illi pereant?* Aiunt C.

## VI. DE LIBRI ARBITRII NATVRA: ET VIRIBVS IN NATVRALIBVS, Moralibus, & Supernaturalibus.

XXXVI. *Ecquid eſt liberum arbitrium?* Id ægrè ferunt C.
XXXVII. *Vtra Libertas requiritur ad conſtituendum liberum arbitrium?* Aiunt à coa-
XXXVIII. *An DEVS ſit liberi arbitrij?* Negant. ctione.

39. *An*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXXIX. *An viribus naturæ cognoſci poſſit, Deum eſſe, & Vnum eſſe?* Negant.
XL. *An homini ſit liberum arbitrium in rebus naturalibus & ciuilibus?* Negant C.
XLI. *Libertas arbitrij concordetne, an pugnet cum Prouidentia Dei cooperantis?* Aiunt hoc C.
XLII. *An poſſit homo ſolis naturæ viribus cognoſcere Verum Morale?* Aiunt omne C.
XLIII. *An quis ſolis naturæ viribus poſſit implere omnia præcepta moralia quoad ſubſtantiam operis?* Negant.
XLIV. *An veram tentationem quis ſuperare poſſit ſolis naturæ viribus?* Aiunt Pelagiani.
XLV. *An homo ſine fine, cum, vel ſine ſpeciali auxilio, poſſit bonum morale perficere, ſi nulla vrgeat tentatio?* Negant.
XLVI. *Sitne homo liberi arbitrij in moralibus?* Negant.
XLVII. *An homo poſt lapſum ſit liberi arbitrij, in rebus ad ſalutem pertinentibus?* Negant.
XLVIII. *Quæ, & qualis ſit gratiæ & Liberi arbitrij cooperatio?* Liquet.

## VII. DE IVSTIFICATIONE.

XLIX. *Quid, & Quotuplex eſt iuſtificatio?* Liquet.
L. *Quid in genere tenendum de* Diſpoſitionibus *ad iuſtificationem?* Negant omnes.
LI. *Quid ſit Fides iuſtificans?* Variant.
LII. *An fides juſtificans rectè fiat triplex?* Aiunt.
LIII. *An fides juſtificans ſit Fiducia ſpecialis miſericordiæ?* Aiunt.
LIV. *An fides juſtificans ſit Notitia?* Aiunt.
LV. *Quod fidei juſtificantis ſit obiectum?* Specialem aiunt Miſeric.
LVI. *An ſola fides juſtificet?* Aiunt.
LVII. *An, & Quomodo ſola juſtificet fides?* Variant.
LVIII. *An vera fides poſſit re ipſa ab Dilectione ſeparari, vt Sola juſtificet?* Pugnant C.
LIX. *An fides eſſe poſſit ſola, ſicq. juſtificare ſola?* Negant id; hoc Aiunt.
LX. *An fides ſola juſtificet Relatiuè tantum, & non per modum Meriti, aut Cauſa?* Aiunt relatiuè.
LXI. *An* Iuſtitia inhærens *nobis ſit formalis cauſa juſtificationis perfectæ?* Pugnant C.
LXII. *An fides ſit juſtificationis integra cauſa Formalis: An verò Dei juſtitia eſſentialis?* Variant.
LXIII. *An Remiſſio peccatorum ſit formalis cauſa juſtificationis?* Aiunt C.
LXIV. *An juſtificatio conſiſtat in Imputatione juſtitiæ Chriſti?* Aiunt & variant.
LXV. *Quatenus veræ juſtificationis impugnatio refutetur?* Euidenter.
LXVI. *An certitudine fidei homo certus eſſe poſſit, ac debeat, Se eſſe Iuſtificatum?* Aiunt.

*67. An*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LXVII. *An item certus,* SE *eſſe Prædeſtinatum?* Aiunt.

LXVIII. *Fides & juſtitia an ſint propria electorum; amittique poſſint?* Aiunt id, Negant hoc, & Pugnant.

LXIX. *An Homo poſt juſtificationem maneat peccator & iniuſtus?* Aiunt C. Negant L.

LXX. *An omnes iuſti ſint inter ſe pares?* Aiunt L.

LXXI. *An Luthero-caluiniſtæ negent* Bonorum Operum Neceſſitatem? Negant.

LXXII. *Quodnam Diſcrimen Legis & Euangelij male reprobet operum neceſſitatem?* Luthero-caluinianum.

LXXIII. *Ecquod Diſcrimen Legis & Euangelij rectè probet operum neceſſitatem?* Romano catholicum.

LXXIV. *An, & qua Libertas Chriſtiana probet operum neceſſitatem?* Fingunt.

LXXV. *An neceſſitas operum ad ſalutem euidenter euincatur?* Negant.

LXXVI. *An Lex Diuina ſit obſeruatu, impletuque poſſibilis ſic; vt Opera propriè ſint iuſta?* Negant.

LXXVII. *An hoc,* Non concupiſces, *Obſeruatu ſit impoſſibile?* Aiunt.

LXXVIII. *An hoc,* Diliges ex toto, &c. *cæteraque Decalogi ſeruari, queant?* Negant.

LXXIX. *An opera juſtorum ſint peccata?* Aiunt.

LXXX. *An vox* MERITVM *ſit vſurpanda vt ἁγιογράφη?* Negant.

LXXXI. *An* OPERA *juſtorum ſint æternæ vitæ* MERITORIA? Negant.

LXXXII. *Num quæ fiducia in Meritis collocanda ſit?* Negant.

LXXXIII. *Quæ ad Meritum requirantur; & quî fiat?* Id docemus.

# VIII. DE BONIS OPERIBVS IN SPECIE.

*LXXXIV.* ORATIO *an ſi neceſſaria & Vtilis?* Negant ex parte.

*LXXXV. Orationem Dominicam an, & quatenus carpant Sectarii?* Carpunt C.

*LXXXVI. Horæ Canonicæ num rectè ſint inſtitutæ, ac obſeruentur?* Negant.

*LXXXVII. Cantus Eccleſiaſticus an ſit improbandus?* Aiunt ex parte.

*LXXXVIII.* IEIVNII *ſoluendi tempus an rectè ſtatuatur, ac obſeruetur?* Negant.

*LXXXIX. An cibos quosdam in ſeſe immundos cenſeamus?* Aiunt.

*XC. Delectus ciborum an ſit de ratione ieiunij?* Negant.

*XCI. An ieiunium in genere ſit lege Diuina præceptum?* Negant.

*XCII. An lex Eccleſiæ poſſit in conſcientia ad ieiunandum obligare?* Negant.

*XCIII. An ieiunium ſit Dei cultus Meritorius, & Satisfactorius?* Negant.

*XCIV. An iuſta ſit Quadrageſimæ Origo, Varietas, Ratioque inſtituta?* Negant.

*XCV. Cur inſtituta ſint ieiunia quædam breuiora, diaria, ac ſtata?* Fingunt.

FINIS.